2036

Podhorodeckie Coniuges mutuā advitalitatem sibi inscribunt

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobiles
Laurentius Podhorodecki, Nobilis Thomae Podhorodecki
706 cum olim Nobili Anna Podhorodecka Consorte eius
legitima procreatus filius ab una, et Anna Podhoro-
decka, Nobilis olim Lex Podhorodecki, cum Nobili olim
Anastasia Kruszelnicka Consorte eius ‡ procreata filia
Coniuges legitimi partibus ab altera, sani mentibus et cor-
poribus existentes a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdi-
ctionibusque suis quibusvis propriis et competentibus re-
cedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemislien-
si Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se, cum Succes-
soribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atque subiciendo, palam, libere pu-
blice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum
seorsim suo pro interesse recognovit, Quia ipsi et praedic-
tae Consortes cum eiusdem Mariti sui et Tutoris Coniuga-
lis personali assistentia et utroque ad infrascripta reco-
gnoscenda consensu, sibi mutuo et invicem una pars al-
teri omnium generaliter Bonorum suorum mobilium et
immobilium, haereditariorum et obligatoriorum, summa-
rumque quarumvis pecuniariarum, nec non auri, argenti,
clenodiorum, unionum margaritarum, vestium, vestimen-
torum, tum stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pe-
culium, equorum equitiarum, ac totius supellectilis dome-
sticae in quacunque forma et materia existentis, nunc

‡ legitima

habitis et in post habendis mutuam advitalitatem et vsumfructum ad extrema vitæ vtriusque eorum tempora tantummodo et non vltra, inscripserunt, concesserunt, et assignauerunt, prout inscribunt concedunt et assignāt præsentibus, tali videlicet modo et conditione, Quod si prius, præfatum Nobilem Laurentium Podhorodecki Maritum, quam ipsam Nobilem Annam Podhorodecka Consortem ipsius mori et de hac Luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis Anna Podhorodecka Consors sua, Bona suprascripta omnia et Summas pecuniarias morte prædicti Mariti sui derelicta cum omni eorum Iure, Dominio, et proprietate competentiaque et prærogatiua quauis omnibusque et singulis eorum vtilitatibus et vsufructibus tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice vtifruetur ad extrema duntaxat vitæ suæ tempora. Post fata verò præfatæ Nobilis Consortis extunc prædicta Bona et res generaliter oēs Inscriptioni præsenti subiectæ morte prædicti Mariti sui derelicta ad Successores præ nominati Mariti sui sine quouis impedimento et contradictione Successorũ prædictæ Consortis suæ totaliter et plenarie deuoluentur. Similiter quoque si prius præfatam Nobilem Annam Podhorodecka Consortem suam, quam ipsum Nobilem Laurentium Podhorodecki Maritum suum mori contigerit extunc idem Maritus Bona suprascripta generaliter oīā morte prædictæ Consortis suæ derelinquenda cum omni Iure Dominio et proprietate tenebit, habebit, et possidebit illisque quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitæ suæ tempora vtifruetur. Post mortem verò et de hac

luce decessum eiusdem Mariti sui, extunc Bona supra scripta morte eiusdem Consortis derelinquenda ad Successores suos, sine quovis impedimento et contradictione Successorum Mariti sui totaliter et plenarie devolventur, his suis mutuis personalibus Recognitionibus ad promissa mediantibus.

Podhorodecka abrenuntiat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Anna Podhorodecka, Nobilis olim Leo Podhorodecki, cum Nobili olim Anastasia Kruszelnicka Consorte eius legitima procreata filia, Nobilis vero Laurentii Podhorodecki Consors legitima, cum eiusdem Mariti sui, uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et illorum ad infrascripta recognoscenda consensu, sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia sibi Recognoscenti de Bonis Paternis et Maternis, se, in vim dotis et expeditionis legitime concernen[tibus] per manus Nobilis Ioannis Podhorodecki Fratris sui germani satisfactum est, ob quam eiusmodi satisfactionem de Bonis iisdem Paternis et Maternis in manus eiusdem suprascripti Fratris sui germani abdicat abrenuntiat et resignat, Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante.

Prominska